

& secund. si qua fuerint secundum proportionem minorum & secundorum ad 60. per modum multiplicationis & diuisionis supra traditum, & hæc erit prima latitudo Veneris vel Mercurij examinata, quæ prouenit ex declinatione epicycli, eam serua cum parte suæ latitudinis. Pro inuenienda reflexione, intra tabulam secundam latitudinis reflexionis cum centro æquato, & mi. per ipsum reperta extra scribe. Deinde cum argumento vero intra eandem tabulæ partem ubi iam accepisti mi. proportionalia, & latitudinem reflexionis inuentam cum titulo partis extra notabis, de qua & mi. proportionalib. accipe partem proportionalem secundum proportionem minorum ad 60. & emergit latitudo reflexionis examinata, quæ prouenit ex reflexione epicycli, quam cū titulo suo etiam ad partem serua. Pro deviatione autem inuenienda intra tabulam tertiam cum minutis proportionalibus per secundam tabulam repertis, & quod in directis inueneris, extra scribe, & erit latitudo tertia examinata, quæ in Venere semper est septentrionalis, in Mercurio verò semper est meridionalis, & ista accidit ex deviatione deferētis ab ecliptica. Finaliter autem, si tres repere latitudines fuerint eiusdem tituli, omnes addantur, & aggregatum, erit latitudo quæ sita. Si verò fuerint diuersarum denominationum, iunge illas, quæ sunt eisdem appellationis, quo facto, subtrahere minorem de maiore, & residuum ostendit latitudinem ultimò examinatam, illius tamen semper denominationis, cuius maior latitudo erat de qua hoc residuatur. Exemplo autem præsentis clarè introducēris. Argumentum Veneris medium ad tempus prius datum cum reliquis motibus est.

	S.	G.	I.	II.
Argumentum medium	4	26	20	14
Centrum medium	9	21	16	22
Æquatio centri æquata	A	1	59	44
Centrum verum	9	23	16	6
Argumentum verum	4	24	20	30

Ex tabula itaque prima per centrum verum inuenio minu. 55. secund. 0. proportionalia, & per argumentum verum ex eadem tabula prima accipio latitudinem 2 gra. 23 mi. cum titulo, declinatio septentrionalis, de qua & minutis cum secundis proportionalibus colligo partem proportionalem 5. secund. 26. secund. cum titulo septentrionalis, hæc est latitudo declinationis epicycli, quam seruo ad partem. Item cum eodem centro intro tabulam secundam & reperio 23 minu. proportionalia, & cū argumento reperio 2 gra. 28 minu. cū titulo Reflexio septentrionalis, de qua & minu. proportionalib. quero partem proportionalem, & colligo 56. minu. 44. secund. cum titulo, septentrionalis, quæ

F 3

est

Veneris latitudo
 declinationis
 reflexionis
 deviationis

2 23 5. p.
 2 11 5 0 1. S.

2 20 1
 23
 10 44
 40 44
 99 56 44